



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 36. Regis dissimulatio ad hosce Fœderatorum articulos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

tur: hæc autem pecunia Ministris ad hoc nominandis consignetur, qui nec amoveri, nec aliorum impendi poterunt. XI. Bello captis vitæ gratia non fiat, nisi jurata cautione prius accepta, se juxta Majorum religionem deinceps victuros, aut nisi insuper omnium bonorum, si nondum vendita sunt, pretium exsolvant, aut si jam vendita sunt, omnibus suis juribus ad ea cedant, simulque promittant, quod ultra trimestre suis sumptibus in hoc bello militare, eaque obsequia præstare velint, ad quæ idonei censebuntur, vel illos impendere videbitur. XII. Finito bello Catholicis eæ, quas contulerunt, pecuniæ resarciantur, hancque in rem Deputati nominentur, tam Ecclesiastici, quam laici, dummodo non sint Curie supremæ Ministri, qui has venditiones, & distributiones faciant, atque eo promptius, & cum minoribus expensis remperificent.

## §. XXXVI.

*Regis dissimulatio ad hosce Fœderatorum articulos.*

Has fœderatorum petitiones ita decretæ ad Regem deferebantur, quas ille haud quaquam aspernari credebatur, ut populi, qui Guisio Duci favens Regem hæreticis suffragari existi-

*Hist. Eccles. Tom. L. Nn ma-*

Sæcul. XVI.  
A. C. 1588.



**Sæcul. XVI.** mabat, indignationem præpediret, ad fin-  
**A. C. 1588.** gulos tamen articulos respondere ali-  
 quamdiu distulit, tandem vero sua a-  
 stutia illos omnino elusit, quod non ideo  
 fecisse credendus est, perinde ac si secu-  
 rum Protestantes eliminandi medium re-  
 spuisset, sed id ideo ab eo factum, quia  
 palam Fœderatorum Ducibus minime  
 obsecundandum censeret, haud igna-  
 rus, quod ad tegendam eorum ambi-  
 tionem, atque haud fatiendam regnan-  
 di cupiditatem Religio duntaxat obten-  
 tum suppeditaret, ac fœderati, cum  
 Synodi Tridentinæ promulgationem,  
 sacræ Inquisitionis restorationem, &  
 quarundam munitiorum urbium cessio-  
 nem, necnon Gubernatorum mutatio-  
 nem urgerent, nil aliud in animo fove-  
 rent, nisi ut bello longius protracto re-  
 gia auctoritas vilesceret, ac demum ip-  
 semet Rex, omnesque illi, qui fœde-  
 ratis diadema eripere possent, quovis  
 demum modo e medio tollerentur: ve-  
 rum omnes hæ rationes maturius dif-  
 cuffæ tantum efficiebant, ut Nancæi  
 colloquii successus fœderatorum confi-  
 liis minime responderet, nec populi fu-  
 ror sedaretur, quinimo tunc Parisina  
 urbs famosis libellis, ac mordacibus  
 contra Regem carminibus inundata cer-  
 nebatur, ac multo minus parcebatur  
 Espernonio Duci Regis clienti, qui ob

NOVA



nova beneficia, quibus a Rege indies  
cumulabatur, sese semper magis, ma-  
gisque populo exosum reddebat.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1588.

Interea Protestantium factio jactu-  
ram deplorabat Condæi Principis, qui  
anno ætatis suæ trigesimo quinto in San-  
ctonum oppido, cui Joannis Engeriaci  
nomen est, die quinta Martii hoc anno  
non sine veneni suspitione obiit. Sub  
idem tempus Fœderati datis ad Gui-  
sium Ducem literis eum certiozem red-  
debant, quod tunc, si opem ferre diutius  
tardaret, ex suis non pauci essent, qui  
a Rege veniam impetrandi spem con-  
cipientes a vexillis secederent, ac sese  
Regiæ clementiæ committentes absque  
dubio cuncta consilia hucusque agitata  
manifestarent.

§. XXXVII.

*Guisius Dux insuperhabito Regis in-  
terdicto Parisios delatus.*

His rationibus permotus Dux Parisios  
contendit: ast jam ad Sueffones  
delatus a Rege sibi nuntiatum comperit,  
quod iter suum haud ultra prosequere-  
tur, cum plurimum Regis interesset:  
verum huic Nuntio Dux hæc in responsis  
dabat: „nil nisi meum Regi obsequium de-  
„ferre cupio, non equidem me latent  
„calumniæ, quibus mei hostes famam  
„meam proscindunt, honorem tamen  
N n 2 „meum

Thu. l. 90.  
Davil. l. 9.  
Mem. t. x.  
p. 33r.